

Treuge sieden / oder heisse fisch.) Sunt qui iuri iam fere consumpto copiosum butyrum addunt, eoque liquato piscem inferant: sic paratos a butyro cognominant Butterfisch. Potest et aceti aliquid affundi, et zinziber aspergi pro cuiusque palato. Assus vel simpliciter, vel cum embammate e cepis [Zwiebeltunke] minutatim concisis, vino, saccharo et zinzibere, sapidissime estur. Nec disciplicuerit desquamatus in frusta concisus, quae in polenta aut secalis pollinevolvantur, atque ita in butyro sive crudo sive liquato frixus. Haec omnia Kentmanus.“ Nach Nitsche*) wird in Posen *Chondrostoma nasus* heutzutage noch „Zehrte“ genannt. Die „Zorten oder Zerten“ des 1. Kentmannschen Katalogs dagegen sind die eigentlichen Zährten, *Abramis vimba* L., die im 2. Verzeichnis fehlen, wo wiederum *Chondrostoma nasus* nicht aufgeführt ist. Die Verwechslung ist immerhin entschuldbar, da auch bei *Abramis vimba* die Schnauze stark hervortritt. In manchen Donaugegenden wird deshalb die *vimba* schlechtweg „Nase“ genannt, während *Chondrostoma nasus* dann nur „Weißfisch“ heißt (v. Siebold, a. a. O., S. 226).

Den Aal, *Anguilla vulgaris* Flem., führt Kentmann in beiden Verzeichnissen unter den bodenständigen Fischen an, was verzeihlich ist, da uns erst die letzten Jahrzehnte, besonders Calandruccios und Grassis Untersuchungen, die Naturgeschichte des Aales teilweise erklärt haben. Kentmann hat leider keine Beobachtungen über den Elbaal hinterlassen.

Von der „Olruppe“, Aalraupe, *Lota vulgaris* Cuv., handelt folgendes Paralipomenon Kentmanns (Paral. p. 23): „Olrupa (sic a Misenis vulgo dicitur, ein Olruppe**) / genere foem.) longus et lubricus piscis est, septies fere longior quam latior. non squamis, sed laevi pelle fusci coloris, variantibus passim nigris maculis integitur. Pars posterior plane anguillam refert. Quod ad colorem, et partim quoque formam, similis est Velso pisci, sed caput et os minus acutiusque habet, et a mento barbulam unicam: Velsus vero quaternas ea parte: in superiore autem labro binas. Pinnis etiam differunt. Olrupa enim binas gerit ad branchias, utrinque singulam: et infra in medio aliam, omnes molles: Silurus vero binas solum illas iuxta branchias habet, quibus aculei duri insunt. Spina quidem una et simplex per dorsum Olrupae extenditur, similiter ut in Velso. Pro dentibus labra habet aspera. Cor ad initium gulae dependet, ut aliis plerisque piscibus. Iecur ei proportione maximum. nuper cum pondus jecoris unius examinare liberet, quatuor fere uncias cum dimidia pendebat. Gula angustior est: ventriculus vero longus et crassus: circa cuius medium enascitur intestinum parvum, e quo statim ad utrumque latus appendices vel ramuli undecim sparguntur, ita ut veluti manu quadam utrinque ventriculus comprehendi videatur: sunt autem omnes cavi et succo cibario pleni. Ab hoc intestinorum initio meatus recta descendit paulo ultra ventriculum: inde dupliciter revolutus, iterum recta extenditur usque ad anum. Hinc aliqui nugatores hunc piscem medicum (Doctorsfisch) nominant, quod ventriculum (qui matulam sive ampullam, in qua medici urinas contemplantur)

*) H. Nitsche: Die Süßwasserfische Deutschlands. 3. Aufl. Berlin 1899, S. 22, Nr. 29.

**) Die alte Form „Olruppen“ (bei Sigismund, a. a. O., S. 105: Ollruffen) ist ein neuer Beweis, daß — raupe volksetymologisch aus slav. ryba = Fisch entstanden ist. Die meisten deutschen Fischnamen (Blei, Jese, Schmerle, Plötze, Rappe usw.) sind überhaupt slavischer Wurzel. — Über die Etymologie der Fischnamen vgl. man E. E. Leonhardts Arbeit in der „Fischereizeitung“, VII (1904), 521—524, 539—542.